

dum brevissatio immensa conficiunt itinera, ex alto collusfrant amena terra spatha, effugient pericula, &c. sed ignoramus tamen avium majorum rapacium, turbatum aliorumque accidentium mala avibus adversa. Sic rusticus invidet civi, civis nobili, &c. cum tamen nullibi desit, quod cruciat.

(3) Volatus optimus anime pie ex mundo per beatam analysin.

(4) Habitationem securam non immerito exceptamus, conspectis mundanorum technis, flagitiis, &c. vid. Jer. IX, 2.

(5) Ob pericula tamen non deserenda vocatio, nec praetatio vita linquendus locus: Joh. VII, 15. I. Cor. V, 9.

USUS E VERSU VIII.

(1) De fugâ quoisque licita in peste, fame, bellô, persecutione, &c. v. Posid. in vita Aug. c. 30. Binium t. i. concil. f. 155. Conzen ad Matth. X, f. 206. Sobnium t. 3. oper. p. 124. Hornbec. misc. p. 185. Thum. decal. p. 37. 42. Dedeck. t. i. consil. p. 2. f. 772. & appen. f. 187. Danb. t. i. consc. p. 758. &c.

(2) De vita eremitica, de solitudine, v. L. de monachis. item Diterici t. i. evang. p. 530. Danbau. t. 2. B. consc. p. 417. Voët. vita ascet. p. 431. Drexel. t. i. oper. f. m. 454. & t. 2. f. 454.

USUS E VERSU IX.

(1) Alacritati studendum in omnibus. Aliud tamen precipuit; aliud asinus corpor ac procrastinatio somnolentorum.

(2) Afflictiones quandoque turbinibus comparari possunt inopinatis, inevitabilibus, grandibus, obvia que prosternentibus, &c.

USUS E VERSU X.

(1) Facile est Deo, absorbere penitus homines malignos.

(2) Desiderant hoc pii, non tam odio personarum, quam vitiorum, quae aboleri optant subito ac totaliter, ne corruptantur etiam alii, &c.

(3) Dividuntur linguae, quando abortis suspicionibus, litigiis aliquaque novis emergentibus, consilia confunduntur, unus suadet, alter dissuadet, confusat, &c.

(4) Violentia & injuria publica, prodromus ruine instantis. v. præc. VII.

(5) Litigium & discordia res magnas dilabi facit. v. præcept. V.

(6) Urbium magnarum magna ut plurimum ac impunita via.

USUS E VERSU XI.

(1) Quando tempus omne, diurnum atque nocturnum, impenditur sceleribus, necesse est, sensim elabi tempus gratiarum vel visitationis benignae, Luc. xix, 42.) in perniciem eternam.

(2) Dispiciendum sedulo, quidnam in provincia, in civitate, in domo, imo in cordis tui conclavi, obambulet frequentius, ne forte locum des infectioni, proditor, &c. Huc examen conscientiae quotidiana.

(3) Fugienda iniqitas ac molestia aliis creata: studendum virtuti, labori honesto, beneficentie.

USUS E VERSU XII.

(1) Pravitates, dolus, fraudulentia abominationi sunt Deo sanctissimo, iramque violenter quasi extorquent & accelerant. vid. I. & II. legis tab.

A (2) Plateæ viaeque & loca publica securitate debent gaudere honesta, ne Sodomeorum Gibeonitarumque subsequantur supplicia: Genes. xix, 4. Jud. xix, 22.

USUS E VERSU XIII.

(1) Opprobria, afflictionis species hant postrema.

(2) Piorum est, ferre, non inferre aliis injuriam. L. de patientia.

(3) Nequissimum est, virus pravi pectoris evomere non in hostes publicos, sed in amicos.

(4) De Elationis vel Superbae insultationis vitiō vid. præcept. I. & V. de odio præc. V.

(5) De fuga & latitazione dictum superius.

USUS E VERSU XIV.

(1) Humilitas proximum se meliorem estimat: Phil. II, 3. I. Pet. V, 5. Rom. XII, 10.

(2) Praefectum esse aliis debitam involvit curam, industria, fidem. v. præc. IV.

(3) De amicitia v. præc. V. de juribus officiisque illici fluentibus, item de mutuo collegarum, cognatorum, conciviumque vinculo, passim apud Moralistas.

USUS E VERSU XV.

(1) Magna Amicitia dulcedo, si animorum vera deprehendatur harmonia ac similitudo. Amicitia autem pares accipit, aut facit.

(2) Arcana non committenda quibusvis, sed amicis aliquandiu probatis.

(3) Sed & hi non raro deprehenduntur homines, b. e. mendaces ac mutabiles: Ps. CXVI, ii. ut sic solum fidelem immotumque sentiamus tandem Deum nostrum.

(4) Eandem amplecti religionem, eadem Dei domo seu templo frui, mirum animorum coagulum. Quot vero dissidia inter discrepantes quoad hunc passum conjuges concivesque exoriri soleant, nimis quotidiana comprobatur experientia.

USUS E VERSU XVI.

(1) Mors exactor debiti hereditarii durissimus, ac impotens. De morte subita, violentâ, horribili, agitur in L. de morte.

(2) De imprecationibus quoisque eadem licite. præc. II.

(3) Datur post mortem animarum certum receptaculum, impiarum quidem, Infernus, credentium vero Paradisus.

(4) Cavendum, ne in congressibus, multò minus in cordibus nostris, agitentur foveantur nequitiae.

(5) Exemplum Iudei quibusvis perfidis ingratisque inveniat horrorem: Psal. CIX, 6.

USUS E VERSU XVII.

(1) Quod severiores in impiis conspicuntur plaga, ed fervidius invocatur a pii Deus, ut parcat, eripiatur, salvet: L. de precibus.

(2) De Salute supra.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Orationi meditationibusque pii tempus impendendum certum, multum, nobilissimum.

(2) Horas diei certas precibus, praesertim publicis, destinari, non improbari potest. vid. tamen de Horis canon. L. de Invocat.

(3) De Exauditione jam supra.

USUS